

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandt/ U.I.D.  
Cod. Prof. ... Ad Exequias Quae Matronae ... Margarethae Beselins/ Viri ... Georgii  
Hagemeister, Senatoris spectatissimi Relictae Viduae ... in Aede D. Jacobo dicata  
decenter parabuntur. Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746848463>


Druck Freier  Zugang




Willebrandt, A.,  
in M. Beselin,  
uxor. G. Hagemeister.

R. 1660.

16.







PROGRAMMA  
Quò  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
ALBERTUS Willebrandt / U.J.D.  
Cod. Prof. & Ducal. Consist. Assessor,

AD  
EXEQVIAS  
Quæ  
*Matronæ honestissimæ ac laudatissimæ*  
MARGARETHÆ  
Beselins /

*Viri quondam Prudentissimi*  
GEORGI HAGEMEISTER,  
Senatoris spectatissimi  
Relictæ Viduæ

A  
Mœstissimis Liberis  
Hodiernâ horâ primâ in Æde D. Jacobo  
dicatâ decenter parabuntur.

Omnes omnium ordinum Ci-  
ves Academicos sedulò & aman-  
ter invitat. 16.

ROSTOCHII,  
Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. 1660.

PLACITUM

Quo

PLACITUM

PLACITUM  
PLACITUM  
PLACITUM

PLACITUM

PLACITUM

PLACITUM



PLACITUM

PLACITUM

PLACITUM

PLACITUM

PLACITUM

PLACITUM

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
ALBERTUS Willebrand/ U. J. D.

Quamquam mors, quam morbi ac vulnera intulerunt violenta sit atq; molestissima; quamquam juxta *Aristotelis* 3. *Ethic.* C. 6. sententiam *Omnium rerum sit horribilis*; quippè (ut ibidem inquit) *terminus est, nihilq; amplius homini mortuo neque bonum neque malum esse videtur*: A qua opinione nè latum secedere unquam sapientissimus *Seneca* videtur; qui *Ep.* 36. sic scribit: *Mors quin habeat in se aliquid terribile ut etiam animos nostros (quos in amorem sui natura formavit) offendat, nemo dubitat. Nec dissimile olim Palingenius cecinit:*

*Ergò tam dirum tam formidabile monstrum  
Quem non terrebit, nisi cui sit ferrea fibra?*

At meâ sententia sit dolenda illis, qui intrâ juventutem præmaturò exitu rapiuntur. Sit molesta fortunæ fulgore superbientibus, imò sit talibus, præter ipsorum placitū ac opinionem præmatura, uti *Avienus* fab. 36. v. ult. dixit:

*Est hominum fors ista major, felicibus ut mors  
Sit cita, cum miseros vita diurna regat.*

Sit quoque mors, tumidis inflatis spebus, magnaq; in mundo spirantibus velox nimisque repentina; nec malè sic loquutus fuerit *Plinius*. Mihi videtur acerba semper & immatura mors eorum qui immortale aliquid parant. Et postea; qui posteros cogitant, & memoriam sui operibus extendunt, his nulla mors non repentina est, ut quæ semper inchoatum aliquid abrumpat. Sit quoq; pluribus aliis, diversæ conditionis, fortunæque mortalibus Mors ingrata & horrida; adferantq; pro suo timidissimò, in mortis vicinia pectore, (per me licet) vel illa, quæ *Electra* apud *Euripidem* in *Oreste* v. 1035. usurpavit;

*Moricæ*



*Moriemur, non est possibile non deplorare mala,*

*Oranibus enim hominibus est miserabile amittere charam vitam.*

Verum n. verò si in senio confectos, annis obditos, ætateq; obdu-  
ctos homines, accuratioris animi coniciamus oculos, illorū me-  
herculè! mortē esse suavissimā, & cum voluptate potius quàm do-  
lore cōiūctā videbim9. Eiusdē mētis erat ipse Aristoteles, quāvis  
antehac 3. Ethic. c. 6. mortem omniū rerū terribilissimam asseru-  
erit; libro quippè de respirat. C. 17. disertis his censet verbis, quod  
scilicet, *Sine dolore est in senectute mors, nullā enim violentiā ipsius pas-  
sione contingente moriuntur, sed insensibilis anima absolutio fit omninò.*  
Et quid aliud Belgu lumen *Lipsius*? Senilis anima in primis labris  
est, nec magnā vi distrahitur à corpore. Ignis, qui valentem ma-  
teriam occupavit, aquā & interdum ruina extingendus est, ille  
autem qui alimentis deficitur, suā sponte subsidit. Confirmavit,  
proprio exemplo, hancce sententiam, GORGIAS CRATOR,  
qui dum jam capularis, cariosaq; attrit9 vetustate interrogaretur,  
ecquid libens moreretur? *μάλιτα ἔπειν ὡπερ ἐρδὲ ἐκ σαπρῆς καὶ ρέοντ*  
*οἰκίδος ἀσφύνης ἀπαλλάττομαι.* Maximè inquit; nam ut ex putri & dif-  
fluente domunculā, non invitus abeo. Nec immeritò sanè, quid  
enim aliud illis, qui velut viva cadavera, ad senectam sunt proje-  
cti, qui ad metam suæ ætatis velis remisq; properantes, membra  
sua calamitatibus, labore continuò, curisq; diversis fregerunt;  
quid inquam mors est, quàm (uti *Lucianus* in Dialogo. *Diogen.*  
*Anthist.* & *Cratet.* in fine commemorat) *remedium eorum malorum,*  
*que secuta senectus apportat;* in quā cadit vox, fluit memoria, cali-  
gant oculi, torquent manus, reliqua membra, quibus actio oratio-  
nis animula continetur, languescunt omnia; inquam confluit  
quicquid est infirmum fragileq; naturæ; quæ robur omne exhau-  
rit, quæ sentinam morborum & omnium corruptelam sensuum  
adducit; quæ ipsam deformat à naturā impertitam pulchritudi-  
nem. Ita ut *Sophrones* apud *Stobæum* Sermone 115. non incongruè di-  
xerit, quod *Odiosa senectus corpus paulatim tabescens macerat,* nec si-  
ne cau

ne causâ Lucianus Dial. 6. Senem ἑμψυχον τινα πέφον ὑπὸ τωϊρέων κα-  
ταγελαωμένον, scilicet animatum quoddam sepulchrum, ab ipsâ ju-  
ventute derisum nuncupaverit; nec deniquè sinè ratione *Hercu-  
les*, sicut Lactantius lib. 1. c. 18. meminit, Senex fieri noluerit, nè  
quando se minor aut deformior videretur. Quæ cum vera sint.  
Quis obsecro eam felicitatem Senibus omnibus invidebit, dum vi-  
delicet per ipsam mortem, post tot calamitates, post tot afflictio-  
nes, post tot fortunæ vicissitudines, ipsam consequuntur immor-  
talitatē. Quis quoq; inter proventæ & tatis mortales, summâ hanc  
prosperitatem non animitus gratulabitur Præclaræ Annosæquæ  
matronæ MARGARETHÆ Weselins; quod, dum in freto, usq;  
ad septuaginta tres annos vixisset, jam tandem in ipsò portu, ab  
hujus vitæ molestus & turbulentissimis tempestatibus liberata, in  
coeleste beatissimorum domiciliū evolaverit. Quæ, uti à fide di-  
gnissimis, fermè de verbò ad verbum accepimus. Nata fuit hic Ro-  
stochii Anno Domini 1587. ex Parentibus primariis & honestis. Pater  
ei fuit vir prudentissimus Christianus Weselin/ Senator & Camerarius  
hujus urbis benè meritus. Mater Margaretha Wurschops/ singulari  
pietate & honestate or. ata fœmina. Avus Paternus, vir spectatissimus  
Dominus Johannes Weselin/ Senator usq; per complures annos hu-  
jus Reip: dignissimus & vigilantissimus. Avia Paterna Margaretha  
Steins/ Domini Jacobi Steins/ Prudentissimi hujus urbis  
quondam Senatoris filia, matrona optima & castissima. Avus  
Maternus vir integerrimus Dn. Henningus Wurschop/ Hildesien-  
sis, & civis hujus urbis præcipuus. Avia Materna, Anna Beckmans/ ma-  
tronapia & honesta. Ex his Parentibus nata, & paulò post, per lavacrum  
regenerationis renata, adolevit sub curâ & educatione sollicitorum paren-  
tum, in timore Dei, exercitiò virtutum virgini convenientium, & rei do-  
mesticæ curâ studioq; diligenti, in virginitate, etatem suâ transegit, usq; ad  
annum vigesimum quartum, quo nupsit tum temporis juveni Erudito &  
primario Dn Georgio Hagemellero, postmodum Senatori hujus ur-  
bis spectatissimo; Is enim ejus formâ & virtute motus, eam legitime in  
matri.

matrimonium petitam; à parentibus impetravit, & Anno 1611. die decimo  
sexto mensis Aprilis domum duxit uxorem. Matrimonium hoc, ut inter  
conjugio junctos placatum, ita etiam fecundum fuit. Vidit quippe ex Se,  
natos septenos liberos, tres nimirum filios & quatuor filias, Ex quibus  
Christianus & Regina infantes admodum, ex hac, in meliorem vitam  
translati sunt, cæteri autem adhuc vivunt; quorum primogenita Marga-  
retha nuptui data erat, Eximio Viro Dn. Henrico Hein, Juridica Fa-  
cultatis Secretario, qui morte sublatus ad cœlestia transit, emortuamq;  
nostram nepotibus duobus & tribus neptibus exhibaravit; ex quibus tn. duo,  
Albertus & Catharina Margaretha, humanã vitã deseruerunt, tres  
a. veluti Anna Elisabetha, Georgius, & Sophia Regina adhuc sunt  
in vivis, & Anna Elisabetha Viro Clariss. & Eximio Dn. Ludovico  
Barcliaio, Philosophiæ Magistro, fidem de matrimonio fecit. Filius  
Georgius Hagemeister, Civis in hac urbe præcipuus, ob animi dotes non  
vili precio ab spectatissimo urbis Magistratu hætenus habitus & in primis  
in Centum, deinde in Sedecim Virorum, ut etiam in Cista & Ærarii Præ-  
fectorum decentissimum ordinem, demum a. in Secretarium des Gewetts  
cooptatus, & hisce honestissimis muneribus atq; officiis magnã cum dili-  
gentiã ac debita erga Patriam fidelitate hætenus functus, cum Ursulã  
Korffs/ Dn. Christiani Korffs/ Civis quondam hujus Urbis relicta filiã  
in conjugio vitam agens, emortuam nostram tribus nepotibus & unã nepte  
beavit; ex quibus unus nepos Johan Georgius morte sublatus ad cœle-  
stem tranquillitatis portum pervenit; reliqui tres a. nempe Margaretha  
Elisabetha, Georgius & Johannes adhuc DEI gratia manent supersti-  
tes. Filia Anna Regina clarissimo & Consultissimo Viro Dn. Simoni  
Johanni Gutzmero, J. U. D. antehac Summi Judicii Mecklenburgici  
Advocato & Procuratori, jam vero Urbis Stargardie ad Inam Consuli &  
Syndico gravissimo & Spectatissimo, matrimonio juncta est; ex quã piẽ de-  
functa tres nepotes & duas neptes vidit, quorum tn. unus nempe Michael  
Laurentius in primis annis decessit; cæteri, ut Anna Margaretha,  
Maria Sophia, Johannes Georgius, & Casparus Henricus adhuc  
incolumes & divina propidentia documentum in se ipsis præstolantur.

Filius


Filius Johannes Laurentius, quum piè defunctam matrem annis gra-  
vè, familia regenda & rei domestica totam imparem sentiret, cœlibem  
bactenus vitam elegit, ut Matri cohabitaret, & illam laboribus hisce le-  
varet. Filia natu minima Catharina, Consultissimo Viro. Dn. Dani-  
eli Bårdowen Summi Judicii Mecklenburgici Protonotario & Registrato-  
ri dignissimo nuptum data est, & emortuam nostram tribus Nepotibus  
& unâ nepte locupletavit; quorum duo nepotes ut Johan Georgius &  
Fridericus ex hoc mundi ergustulo in quietem aternam translati sunt;  
unus autem nepos & una neptis; nempe Laurentius, & Margaretha  
Elisabetha adhuc interest mortalium consortio. Facta est igitur piè de-  
functa Matrona undecim Nepotum & septem Neptum Avia. Prenomina-  
tum Dn. Maritum suum charissimum Anno 1645. vigesimo tertio mensis  
Decēbris die amittēs, vel potius quo nūc secuta est, prēmittēs, vidua ab eo  
tēpore & vidua fortunam in his fermè quindecim proximis annis experta,  
permāsit. Porrò vitam ejus quod attinet, eā totam rei Oeconomica curā &  
pietatis studio ornavit, donec ante unā atq; alterā septimanam ingrave-  
scentis senectutis incōmoda asperis quā ante sentiens, morbo, veluti cor-  
poris obstructione & flatulētis doloribus fuisset correpta. Adhibita quidem  
fuere, ab Experientissimo Medico D. Johanne Backmeistero generosa  
remedia, sed frustra. Quare cum humanum auxilium cessaret, divino uti  
voluit remedio, & ad se, Confessionarium suum Pl. Reverendum virum  
D. Johannem Quistorpium, S. S. Th. D. & Prof. Publ. ut & Pastorem  
Ecclesie Jacobeæ vigilantissimum, vocari expetuit; cui cum confessionem  
peccatorū suorū summā cum devotione recitasset, absolvi se ab iis omnib;g  
letā mente audivit, ultimog; insuper viaticum munīta, corpore scilicet & san-  
guine Domini & Servatoris sui JESU CHRISTI pasta, dissolvi vinculis  
hujus corporis, & cum Christo suo esse in cœlo, anxie desideravit. Cujus  
sanctissimi voti etiam compos facta est, piè defuncta, quæ vigesimo  
quinto mensis Julii, Apostoloq; D. Jacobo consecrato die, ad pomeridianam  
horam tertiam, in verā invocatione sui Redemptoris & firmā fide, adstan-  
te confessionario prænominato, liberis & fœminis è vicinā convocatis,  
placido & beato obitu, quasi somno consopita expiravit, & animam piis-  
simam


*sentam, in resurrectione mortuorum suo corpori jungendam, in manus  
Salvatoris sui CHRISTI JESU, religiosissime tradidit, post quam in hisce  
terris 73. annos vixisset. Et sic, quis ipsi non cordicitus gratulabitur,  
quod in tam decrepitâ ætate vitam hanc caducam finiverit? Cum  
ipse Tiberius Cæsar (juxtâ Plutarchum de sanitate tuendâ) illum  
ridiculum esse Virum affirmaverit, qui annû vitæ egresso sexage-  
simum, manum medico porrigere audeat. Quis ipsi animitus non  
vovebit, quot illam, totquæ defessam annis, Deus benignissimus,  
ad beatissimæ vitæ tranquillitatem, ex hâc colluvione & ærumnis  
evocaverit? Cum Solon humanæ vitæ terminum esse, septuagin-  
ta saltem annos asseruerit. Cujus corpus, animæ tam probæ, tamq;  
piæ diversoriû, quia hodiernô die, in Templò Jacobæô, supremo  
humanitatis officio, honestis ac Christianis Ceremoniis honora-  
ri debet; honorate illud ipsum, Vos Cives Academiæ honorati-  
ssimi. Itote Exequias Matronæ huic honorificæ; itote pe-  
ctoribus condolentiâ ac commiseratione plenissimis. Deniquè  
DEUM clementissimum orate, ut ille pro infinitâ suâ benignita-  
te, afflictissimis illius liberis, Nepotibus, neptibus, generis, aliisq;  
amicis, obitu hujus Fœminæ venerandæ concussis, immisâ  
efficaci consolatione, tam vehementem animi ægritudinem  
abstergere dignetur.*

P. P. Rostochii sub Sigillo Universitatis  
die 31. Julii A. D. 1660.

Convenient Cives Academici in Tem-  
plò Jacobæô horâ primâ.















Filius Johannes Laurentius, quum pie defun-  
dum, familia regenda & rei domestica totam im-  
bactenus vitam elegit, ut Matri cohabitaret, &  
varet. Filia natu minima Catharina, Con-  
suli Barchowen Summi Judicii Mecklenburgica  
tori dignissimo nuptum data est, & emortuam  
& unâ nepte locupletavit; quorum duo nepotes  
Fridericus ex hoc mundi ergustulo in quietem  
unus autem nepos & una neptis; nempe Laur  
Elisabetha adhuc interest mortalium consorti  
functâ Matrâ undecim Nepotum & septem Ne-  
ptum Dn. Maritum suum charissimum Anno 16  
Decëbris die amittēs, vel potius quo nūc secuta e-  
tēpore & vidua fortunam in his fermē quindecim  
permāsit. Porrò vitam ejus quod attinet, eā tota  
pietatis studio ornavit, donec ante unā atq; alte-  
scētis senectutis incōmoda asperis quā ante s-  
poris obstructione & flatulētis doloribus fuisse  
fuere, ab Experientissimo Medico D. Johanne  
remedia, sed frustra. Quare cum humanum aus-  
voluit remedio, & ad se, Confessionarium suum  
D. Johannem Quistorpium, S. S. Th. D. &  
Ecclesia Jacobe a vigilantissimum, vocari exper-  
peccatorū suorū summā cum devotione recitasse  
latā mente audivit, ultimoq; insuper viaticum  
guine Domini & Servatoris sui JESU CHRIS-  
tū hujus corporis, & cum Christo suo esse in cælo,  
sanctissimi voti etiam compos facta est, piē  
quinto mensis Julii, Apostoloq; D. Jacobo consecr-  
boram tertiam, in verā invocatione sui Redempt-  
te confessionario prænominato, liberis & fœm-  
placido & beato obitu, quasi somno consopita exp-



the scale towards document

annis gra-  
et, cœlibem  
ibus hisce lo-  
. Dn. Dani-  
& Registra-  
us Nepotibus  
eorgius &  
nslati sunt;  
Margaretha  
gitur piē de-  
Prænominat-  
tertio mensis  
, vidua ab eo  
mis experta,  
mica curâ &  
m ingrave-  
o, veluti cor-  
bita quidem  
ro generosa  
t, divino uti  
idum virum  
& Pastorem  
anfeffionem  
ab iis omnib;  
e sic: & san-  
olvi vinculis  
ravit. Cujus  
ue vigesimo  
meridianam  
fide, adstan-  
i convocatis,  
nimam piis-  
simam